Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

me framea suscitare sup pastorem meum & sup uir
cohentē michi dicit dominus exercituum Percutiam
pastorem & dispergentur oues Et conuertam manu
meam ad paruulos & erunt in omni terra dicit do
deus Partes due in ea dispergentur & deficient & tertia
pars relinquetur in ea Et ducam tertiam partem per ignem
& vram eos sicut uritur argentum & probabo eos
sicut probatur aurum ipse inuocabit nomen meum
& ego exaudiam eum Dicam populus meus es & ipse
dicet dominus deus noster. S. John

Ante sex dies pasce uenit ihs bethaniam,
ubi fuerat lazarus mortuus quem suscita
uit ihs. Fecerunt autem ei cenam ibi & martha
ministrabat lazarus uero unus erat ex discumbenti
bus cum eo. Maria igitur accepit libram ungenti
nardi pistici pretiosi & unxit pedes ihu & extersit ca
pillis suis pedes eius. & domus impleta est ex odore
ungenti Dicit igitur unus ex discipulis eius iudas
scariothis. qui erat eum tradituris Quare hoc
vngentum non uenit trecentis denariis & datum
est egenis. Dixit autem hoc non quia de egenis
~~non~~ pertinebat ad eum sed quia fur erat. & loculos
habens ea que mittebantur portabat Dixit igitur ihs
Sine illam. ut in diem sepulture mee seruet illud